



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

21. Dies Septembris. Sanctorum omnium profectus, ad humilitatem est  
accessus. S. Dorothæus Doct. 14.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

Septemb.

Tessera.

747

quod, cur illo non uteris, cum impatientia malum potius augeat, tantum abest, ut imminuat. Deinde, quid culpam in alios conjicis, qui opinione tua te laedunt? scito, a te malo provenire hoc malum: neminem laedi, nisi a se ipso: else ineptiam, immo dementiam, velle ulcisci injuriam, cum hoc nequeas, nisi in te sis insigniter injurius. Disce ergo, non recte curari malum ab alio malo. Mansuetudinem, tantum esse bonum, ut etiam mala convertat in bonum. Quis non ridet ineptiam irati? Quid iracundę vis? Damna vitare? Incurrirs? Non potest tantum tibi nocere inimicus, cui irasceris, quam ipse tibi, dum irasceris. Qualis dementia erit, si medicaturus agrotantem, si non parti laesae, sed alieno corpori pharmacum adhibeat? Non claudis tuum vulnus, si apertias saeviori ictu alterius latus. Non erit ulceri proprio fomentum, apostenia extranei: non fluit cum alieno sanguine, balsamum tuæ plagæ. Damnum quod putas tuum, non sarcit aliena vindicta. Si vis innocenter irasci, nulli potes, nec honestiori, nec iustiori titulo irasci, quam tibi irascenti, & tuæ iracundiæ. Huic eurandæ non est peritior Galenus, quam animus mansuetus. Subscribit mihi dicenti Poëta:

ie

1 Iras suscollis, si sit responsio mollis.

## 21. DIES SEPTEMBRIS.

Sanctorum omnium profectus, ad humilitatem est accessus. S. Dorotheus Doct. 14.

I. Ob-

Humili I.  
tas.

**O**bicit se omnium conspectu  
quæ omnibus propè est despa-  
ctui, quæ re alia nullamag-  
est ius picienda, quæm suæ  
spicientiâ, Humilitas. Virtus nulli satis intellectu  
plerisque semper neglecta. Quæ tam est necessaria  
ut nulla sit virtus sine illa, nulla non cum illa. Ta-  
tum enim deficis in sanctitate, quantum non prof-  
cis in humilitate. Itaque profectus in curriculo va-  
tum, non est aliud, quæm accessus ad humilitatem  
hinc tantò es sanctior, Deoque acceptior, quam  
humilior. Nihil facies, nisi te nihil facias, & nihil  
existimes. Ut boni, unde bonus fias, aliquid facias  
oportet te penitus exinanias. Quantum natura-  
cium horret, tantum Humilitas ambit. Hac in  
vacuitas, magnes fit Divini respectus, illex Divini-  
tatis. Tunc enim te Deus respicit, dum animus se de-  
spicit. Inest Deus ei, qui sibi deest; adest, si tibi abilis  
Videns Scapheus discipulum vehementer inflatum,  
& fastu ventosum, verissimâ objurgavit sententia  
*Bonum non est in magno, sed in bono est magnum.*  
Quidquid rectè sit, id magnum est, addo, & glo-  
riatum: at quidquid magnum sit, non est statim bo-  
num, sæpè illaudabile, raro securum. Jus securi-  
vindicat sibi humilitas. Vis rem hanc confita  
Eam confirmo illius auctoritate, qui in Ecclesia pa-  
stitit summâ dignitate, D. Gregorii: (a) *Qui sine  
militate virtutes congregat, quasi in ventum pulv-  
portat. Sine humilitate virtus nulla non modice  
subsistit, sed nec existit.*

(a) *In Explic. 3. Psal. pœnit.*

II. Infinita sunt, quæ nos, ut infinites humilie-  
mus, non tantum movent, sed cogunt. Unum est  
propriè nostrum, Nihil, quia ex natura nihil sumus,  
& solius naturæ viribus nihil possumus. Undique vi-  
lissimi sumus, imò ipsa vilitas, ob id quod sumus, &  
ob id quod non sumus: ob ea, quæ fecimus, & ob ea  
quæ non fecimus; ob ea, quæ fecit Deus pro nobis,  
& ob ea, quæ non fecit nobis. Et quia ipse tantus est,  
& nos tantilli, imò nihil. Quis se non demittet us-  
que ad centrum terræ, & si quid sit eò inferiùs, ob  
scelera, quæ commisit? Imò non minùs se debet de-  
jicere, ob scelera, quæ non commisit, sed quæ com-  
mittere potuit. Quia non peccasse, non est nostræ  
potentia, sed Divinæ misericordiæ; Nobis enim re-  
licti, quid à nobis non fuisset delictum. Quod un-  
quam ab ullo paratum est scelus, quod à nobis non  
tantum fuisset mente cogitatum, sed opere perpetra-  
tum, sine Dei auxilio? Par tibi est ratio humiliandi te,  
quod non peccaveris, quām si peccasses, & æquè  
Deo es devinctus. Non magis venditur gladius, qui  
occidit multos, quām qui potuit plures occidere.  
Tua malitia, tot illa patraret mala; quod non fecerit,  
non est in te, sed in Deo. Æquè te debes humiliare,  
ob peccata aliena, ac ob tua: quia ab iis Deus te præ-  
servavit, quia majus est Dei beneficium, præservasse,  
ne peccares, quām remisſe, postquam peccaveris.  
Major occasio se humiliandi fuit B. Virgini, esse  
præservaram à peccatis, quām Magdalena, tot à se  
peccata commissa, fuisse sibi remissa.

III. Sed quis cogitans, quid fecerit pro nobis hu-  
milis Jesus, se audebit extollere? Confer, ô con-  
temptibilis homo, leve, & inane opus tuum, quo glo-

750      *Christiani Militis*      Septem-  
riaris, cum infinito opere Incarnationis, Eucha-  
stiæ, & Passionis: nōnne præverecundia, frons tibi  
decidet? Deus, qui est totum, se exinanivit pro te, &  
tu qui es nihil, te putas aliquid contra Deum. Qui  
cogitans, quæ non fecit Deus, non te humiliet, quod  
non præcipitaverit ad inferos, post primum flagi-  
tium, ut fecit Angelis? Licet adeò essemus mente  
capti, & animo cæci, ut non videremus ullam inno-  
bis sceleris laborem, plus tamen deberemus nos abi-  
cere, quod Dei gratiâ non plura præstems propter  
Deum, quam ob vermes, in quos sumus converten-  
di; ob sperma fœtidum, unde geniti sumus; ob so-  
des, quibus cum geniti fuimus, obnoxii sumus; ob  
miserias corporis, quibus involvimus, ob pericula  
animæ, quibus exponimus. O quam appositiè Au-  
gustinus: (a) *Magis cogitare debetis, quid vobis deſit,*  
*quam quid vobis adſit.* *Quod habes, cave, ne perdas.* *Quod nondum habes, supplica, ut habeas.* In quantis  
ſis minor, eſt considerandum, non in quantis ſis major.  
Si enim cogitas, quantum præcessisti alterum, cave in-  
morem, ſi vero cogitas, quantum tibi deſit, ingemisci.  
Curaris, humiliſi eris, tutior ambulabis, non præci-  
taberis. Involve te igitur pallio humilitatis, & late, &  
frueris magna in pace.

*Si sapis ergo lata, bonares eſt vivere pace.*

## 22. DIES SEPTEMB.

Plus vigilare, plus vivere eſt. Chrysologus  
Sermon. 24.

I. Sit

(a) *Super Matt. serm. 59.*